



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313420>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THESES
 JURIDICAE INAUGURALES,
 QUAS,
 ANNUENTE SUMMO NUMINE,
 EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
 HENRICI EGBERTI VINKE,
 THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,
 NEC NON
 AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
 ET
 NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
 Pro Gradu Doctoratus
 SUMMISQUE IN
 JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
 IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
 RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
 ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
 JANUS GUILIELMUS VAN RIJCKEVORSEL,
 Roterodamensis.
 A. D. I M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
 APUD J. DE KRUIJFF.
 MDCCCLIV.

TYPIS MANDAVERUNT P. MUNTENDAM ET FILIUS.

THESES.

I.

Si res aliena, cujus commercium nec heres nec legatarius habet, relicta est, legatum valet.

II.

Per litis contestationem reus in mora haberi nequit.

III.

Jure Romano non requiritur ad humanitatem partus vitalis, cum vivus natus est.

IV.

Minus probandum mihi videtur quod Cl. VANGEROW (*Leitfaden* III, 237.) dicit „wenn die einzelnen Depo-
nenten nicht bestimmen können, welches grade in
Specie die ihrigen seien, sodass eine eigentliche Vin-

dication nicht zulässig ist, und für diesen Fall enthält die l. 7. §. 2. D. depositi, die sachgemässe Bestimmung, dass hier die Deponenten in Beziehung auf die vorgefundenen deponirten Gelder, allen, auch den privelegirten Gläubigern vorgehen (§ 2) unter sich aber pro rata concurriren sollen (§ 3)."

V.

Nulla antinomia inter l. 45 pr. D. de solut. et l. 34. de pign. act.

6

VI.

Servitutes discontinuae praescriptione constitui nequeunt, licit adsit titulus a non domino præfectus.

VII.

In art. 1467 C. C. §. De overdragt, verba: welke na de gedane beteekenis zijn aangegaan" sunt nimis angusta; nam idem statuendum est de obligatione antea contracta cujus conditio postea exstiterit.

VIII.

Vicinus, qui fructus ex vicini arbore in suum fundum delapsos collegit, eos restituere tenetur, sed minime domino arboris licet in fundo vicini glandem legere, uti statuit TOULLIER.

IX.

Ratio, quare societates omnium bonorum apud nos vetitae sint, repetenda videtur ex art. 1109 C. C. et 1370.

X.

Rei vindicatio competit in quemlibet detentorem e. g. depositarium, nec differt an dominus vel alius apud eum deposuerit.

XI.

Probandum est quod pecunia numerata aequae ac aliae res de jactu tenetur.

XII.

Art. 601 pr. C. M. minus probandus.

XIII.

In art. 219 C. M. actio contra acceptantem non excluditur, quod defendo contra *Regtsgeleerde Adviezen* III. 161.

XIV.

Nummularius (kassier) conditione indebiti repetere potest quod solveret propter falsam apocham.

XV.

Art. 582 C. M. non bene consonat cum art. 587. C. M.

XVI.

Cautio in re criminali olim a reo praestita retinendae libertatis caussa, male apud nos fuit sublata.

XVII.

Qui aedes suas non connexas et cohaerentes alienis combusserit, non punitur ex art. 434. C. P.

XVIII.

Instrumentum status civilis vel agnitionis, in quo quis declarat se patrem esse infantis in adulterio nati, non continetur art. 338, al. 2. C. P.

XIX.

Non probanda sententia Feuerbachii (§. 34, a) stantentis eum qui ad mortem damnatum occiderit, homicidii reum non esse.

XX.

Civitati incumbit cura publicae institutioni normam praescribendi.

XXI.

Decimarum praestatio nocet agriculturae.

XXII.

Recte SAY (Cours complet d'économie politique I, 170) l'intérêt de chaque individu lui fait une loi de choisir une seule occupation et de s'y tenir.



